Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Hæ s̄ nubes quas eduxit dñs ab extremo terræ · de q̄b · & in psalterio lo
gimus · Veritas tua usq; ad nubes · Hæ nubes q̄m sub helia omis idolatriæ
erant · trib; annis & sex m̄sibus sup terrā israel ñ pluerant · Qd q̄dem
ñ solum de ꝓphetis · s; & de aplis possumus intellegere · qd p̄ passio
nē dñi nec ꝓphas nec aplos habuerunt iudei ne ꝓ uuis afferrent
spinas · s; ꝓ sterilitate & ariditate sua p̄carentur · eū q̄ potest im
bres prebere uirtutū · Unde & in leuitico loquit̄ ad eos · Dabo celum
uobis ferreū · & terrā æneam · Et in deuteronomio · Erit celū desuper
caput tuū æneum · & tra subt̄ ferrea · Et rursū · Dabit dñs pluuiam
terræ tuæ · & cum de celo descendet sup te · donec eradat te & deleat ·
quia terra quæ frequent̄ sup se uenientē suscipit pluuiā · & ñ facit
segetē · s; spinas & tribulos · reꝓba ē & maledictioni ꝓxima · cui finis
cōbustio ē · Vinea dñi exercituū · domus ē israel · Et uir iuda germen delec
tabile ei · idē di · Siue ut lxx · transtulerunt · nouella plantatio dilec
tissima israel & iudas · Hoc int̄ se differunt qd omis ppls pri appellabat̄
israhel · & postea regnante dauid sup tribū iuda · & roboam filio sa
lomonis sup duas tribus iudā & beniamin · hi qui erant in samaria
hoc ē · x · decē tribus uocabant̄ israel · & in quib; regnabant de genere dauid · ap
pellabant̄ iuda · Et q̄m ab israel uituli colebant̄ in dan & in bethel ꝓpter
ab assyrius primū capta ē samaria · & multo p̄ tēpore iudas a chaldeis
ductus ē in babylonē · quia minora peccauerant · Unde & in ezechiel
ad utrq; ꝓpli peccata purganda · israel in sinistro latere ponit̄ iuxta
lxx · diēs centū nonaginta · Siue ut uetus in hebraico ētinetur · ccc · xc · in
dē aut̄ xl · dies · Hoc dico · ut cōparatione israel · idē · x · decē tribuū · amabilem
atq; dilectū ostendā iudā · in q̄ erant sacerdotes & leuitæ · & di religio

55
55